Stomachi e "ferro"!

Culina in tempore populi Hittitae

di Lucia Mattera



Quomodo se nutriebant antiqui Hittitae, noti in regione Anatolica ut ferri usus inventores? Ferro, naturaliter, etiam in culina! An melius

cibis cum multo ferro ut iecur, cor aliaequae partes carnis assae an elixae at semper frigidae, coctae cum oleo, caepis et phaselis, quarum nomen fuit “kiryia” aut “happena”. Probata maxime integra cerealia, “bulghur” praesertim cum avena et farre, nec deerant dulcedinis momenta cum pane lito caseo vel butyro et melle, necnon cum fructibus, crudis an coctis (“Ninda.gu.ra” et “Ninda.ku” eorum nomen), ut fica, uva sicca et praesertim armeniaca, fusa cum butyro. Gaudia, profecto, at solum edenda!

Coqui enim qui non se lavarent nec barbam et capillos sibi accurate raderent capite pro certo erant damnati ut populi proditores et periculum sociale!

Et si in culinam intraret catulus an felis, contra magiros et servos finis non erat felix!

At hodie periculum non est, quare archeologus quidam se mutavit in coquum Hittitam.

Exitum? Iudicate vos (si est vobis curiositas… et “stomachus”)!

De gustibus non disputandum at post quattuor millennia sunt omnia tam differentia?